

tionibus fatigare; sed omnia integre conserventur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvo nimirum in omnibus jure & auctoritate S. R. E. Si qua igitur in futuram ecclesiastica seculariſſe persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactioe congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

Lucii PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 25. Novemb. an. Dom. 1144. Pontif. an. 1.

XVI. Privilegium confirmationis honorum, & largitionis immunitatum Ecclesie ad Ripas, Canonorum S. Augustini Ratisponen. Diocesis.

Ex Fundi Metrop. Salisburg. Jo. III. col. 302.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Gebardo Provisori Ecclesie, quae dicitur ad Ripas, ejusque fratribus regularem vitam professis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Exordium.

Ecclesiam Ripensem recipit sub protectione Sedis Apostolicae.

U. Ordo Regularis inibi semper conservetur.

Bona ad eam pertinentia regularium usui tantummodo inserviant.

De Irrepositis

SI religiosorum virorum petitiones elementer admittimus, nostris procul dubio opportunitatibus benignum ac pium omnipotentem Dominum reperimus. Eapropter, dilecte in Domino fili Gebarde, tuis rationabilibus postulacionibus gratum praebemus assensum, & Ecclesiam, quae dicitur ad Ripas, cui auctore Domino praesides, sub Apost. Sedis tutela & protectione suscipimus, & praesentis scripti paginam communimus; In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus, qui secundum beati Augustini regulam, & fratrum Portuensium institutionem in eodem loco noscitur institutus, futuris perpetuis temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea quaecumque possessiones, quaecumque bona, eadem Ecclesia impraesentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo proposito, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Praeposito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem fratres communi, vel sanioris partis assensu, secundum Dei timorem, & beati Augustini regulam providerint eligendum. Licet etiam vobis, communicato consilio, idoneum de-

fensores eligere, qui si inutilis apparuerit, & pestilens effectus, aequitate contempta vobis & rebus vestris noxius esse praesumpserit, rejiciendi eum facultatem liberam habeatis. Nullus quoque ad publicas processiones vos invitos trahere, aut quietem vestram quolibet modo audeat conturbare. Sepulturam vero ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui se illic sepeliri delibetaverint, devotioni, & extremae voluntati, nisi forte excommunicati, sint, nullus obstitat: salva iustitia matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, praefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexacionibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Ratisponen. Ecclesie canonica iustitia, & Apostolicae Sedis auctoritate. Si qua igitur imposterum ecclesiastica seculariſſe persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi; quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

& Advocatus & Canonicis tantummodo eligantur, decernit. Immunitatis privilegia concedit.

Pro eorum decretum tan cit sub solis clausulis.

Lucii PP. & S. R. E. Card. subscriptiones.

Dat. die 28. Decemb. an. Dom. 1144. Pontif. an. 10.

XVII. Monasterium S. Sabae, ab antiquo splendore & monastica disciplina delapsum, Abbatibus Cluniacensibus committitur regendum cum pertinentiis suis.

Ex Nihil. Cluniac. Martini Mariani col. 1408.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

ETI Ecclesiarum omnium cura nobis ex Apostolica Sedis administratione immaneat; illis tamen locis, quae nostro regimini spe-

specialiter commissa sunt, atque infra Urbem sita, juris sanctae Romanae Ecclesiae esse noscuntur. propensiori nos convenit affectionis studio immnere. Beati Sabae Monasterium, a temporibus sanctissimi Papae Gregorii, in religione & honestate fundatum, atque magnis & amplissimis possessionibus ditatum fuisse dignoscitur. Nunc autem peccatis exigentibus, & Religio elapsa est, & pravorum hominum superabundante nequitia, bona, & possessiones distracta sunt, & ab ipso contra iustitiam alienata. Eapropter, dilecte in Domino fili Petre Abbas, quoniam Cluniacense Monasterium per omnipotentis Dei gratiam tandem longe lateque Religione praecipua floruit, & bonae opinionis odore multos aspersit, praefatum sancti Sabae Monasterium cum omnibus ad ipsum pertinentibus, ad reformandam ibidem Religionem, ad meliorandam etiam & disponendum, tibi tuisque successoribus in perpetuum committimus; ut in ipsius restitutione & gubernatione studium & sollicitudinem impendatis, & potestatem habeatis. Decernimus etiam, ut sine Cluniacensis Abbatis provisione & consilio ibidem Abbas de cetero nullatenus eligatur; sed vestra semper provideat diligentia, quatenus idonea, & huic officio digna in loco regimini, secundum regulam S. Benedicti persona institui vel emendari oportuerit, vestro semper magisterio & dispensatione administraretur: salva quidem in omnibus auctoritate Sedis Apostolicae, cuius juris Locus ille esse dignoscitur. Si qua igitur ecclesiastica seculariſſe persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen.

Leg. muniret. Monast. S. Sabae fundatum tempore Gregorii PP. paululum delapsum.


Cluniac. Abbatum regimini committitur.

Ita ut sine provisione Abbatis ibidem eligi non possit.

Salve tamen iure Sedis Apostolicae.

Roboratio Decreti huius.

Lucii PP. subscriptiones.



Dat. die 19. Januarii anno Dom. 1145. Pont. an. 1.

Datum Romae per manum Baronis sanctae Romanae Ecclesiae Subdiaconi, XIV. Kal. Februarii, Indictione VIII. Incarnationis Dominicae anno. Bull. Rom. Tom. II.

no MCXLIV. (a). Pontificatus vero Domini Lucii II. Papae anno primo.

Litteras, quibus Lucius Papa oblatum ab Alphonso Portugalliae Rege Regnum suum, tamquam Romanae Ecclesiae tributarium recipit sub annuo censu quatuor unciarum auri.

Ex Archiep. Ecclesiae Ruthenensis edit. Baucaus. Missell. T. II. pag. 221.

Lucius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio A. illustri Portugallensi Ducis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Devotionem tuam, dilecte in Domino Fili, maxime congaudemus, quod semetipsum de illis tribus recognoscens, quas Dominus noster Jesus Christus beati Petri custodie commendavit, cum ad expugnationem paganorum intentus, multique negotiis secularibus occupatus, Apostolorum limina visitare non posset, per manum dilecti filii G. Diaconi Cardinalis, tunc in partibus illis Apostolicae Sedis Legati, praedecessori nostro felici recordationis Papae Innocentio hominum laudabili devotione fecisti & terram, tibi a Deo commissam, beato Petro Apostolorum Principi obtulisti, atque personam tuam & terram ipsius patrocinio humiliter commisit; postmodum vero tam per litteras tuas, quam per venerabilem fratrem nostrum G. Bracharensem Archiepiscopum, nobis etiam promissisti; ut tam tu, quam haeredes tui de terra ipsa quatuor uncias auri annis singulis Romano Pontifici persolvatis. Nos itaque, qui licet indigni, beati Petri loco refidere conspiciamur, tam te quam filios tuos & successores vestros intra haeredes ipsius Apostolorum Principis, ipso adjuvante, suscipimus, ut ejus benedictione & protectione, tam animarum quam corporum maneatis perquam ab hostium visibilibus & invisibilibus expugnatione defensi, & ad caelestia regna pervenire, largiente Domino, valeatis.

Suscipit A. Ducem Portugallien. & filios eius terra eius sub Apostolica protectione.

Datum 1. Maii.

Datum Laterani Kalendis Maji. (b)

(a) Iusto legendum MCXLIV. si quis enim pagio Juniori (qui in vita Lucii num. II. vult a Lucio annos Incarnationis numerari captos a die 25. Martii, subscribat) superiora sex diplomata vel ficticia putet, oportet, vel loco Indictionis Septimae, octavam legat, eaque anno 1145. consignet. (b) Liber hic subjicere Alphonso Regis, quem in allatis Lucii litteris Ducis nomine tantummodo nuncupatum legitimus, Epistolam, quae Regnum suum Romanae Ecclesiae tributarium constituit, & quam refert Baluzius loc. cit., Lucio Secundo Alphonso Rex Portugallien. Claves Regni Calorum B. Petro a Domino nostro Jesu Christo concessas esse, recognoscens, ipsum patronum & advocatum apud Deum omnipotentem habere disposuit & in vita praesenti omni illius & consilium in meis opportunitatibus sentiam, & ad premia felicitatis aeternae ipsius suffragantibus meritis valeam pervenire. Quocirca ego Alphonso, Dei gratia Portugallien. Rex, per manum Domini G. Diaconi Cardinalis, Apostolicae Sedis Legati, Domino & Patri meo Papae Innocentio nomen feci, & terram quoque meam beato Petro & sanctae Romanae Ecclesiae offero sub annuo censu quatuor unciarum auri, ea videlicet conditione & tenore, ut omnes, qui terram meam post decessum meum tenuerint, eundem censum annuatim beato Petro solvant; & ego, tamen in propriis Mils beati Petri & Romani Pontificis, tam in me ipso, quam in terra mea, vel in eis etiam, quae ad dignitatem & honorem meae terrae, ac etiam defensionem & solatium Apostolicae Sedis habeant, & nullam potestatem alicujus ecclesiastici seculariſſe domini, nisi tantum Apostolicae Sedis, vel a Latere ipsius Missi, unquam in terra mea recipiam, nisi oblationis, & fortitudinis charta Idus Decembris era MCLXXX. Ego super dictis Alphonso Portugallien. Rex hanc chartam manu confirmo. Ego Johannes Bracharen. Episcopus confirmo. Ego B. Conibrien. Episcopus confirmo. Ego Petrus Portugallien. Episcopus confirmo.